

37



DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

SISTENS DISQVISITIONEM

**QVATENVS CACOCHYLIA**  
CAVSA SIT FEBRIVM

---

QVAM  
CONSENTIENTE INCLYTO MEDICORVM ORDINE

PRO

**GRADV DOCTORIS**  
MEDICINAE ET CHIRVRGIAE

RITE OBTINENDO

PUBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE

SVBIICIET

A V C T O R

**ADOLPHVS FRIDERICVS HEMPEL**

STRELIZIO - MEGAPOLITANVS.

---

DIE XXIV. OCTOBRIS MDCCCLXXXIX.

---

G O T T I N G A E

TYPIS Jo. CHRIST. DIETERICH.

DISSERTATIO IN MATERIA MEDICO

SISTENS DISCUSSIONEM

QAVATINAS CACOCHEMIA  
CAUSA SIT HERBIUM

CONVENTUS IN HORTO MEDICORVM GLDING

ERUDITA DOCTORIA  
MEDICINA ET CHIRURGIA

RETE QVADRATA

PARTES PLANTARVM QVAM VITAE  
POTERANTUR

ANNO

ADOLPHVS LIPSIENSIS IMPER

DISCUSSIONE QVAM QVOTUS MEDICO

IE 1701 OCTOBRIS MDCCCLXXII

DOCTORIA

DISCUSSIONE QVAM QVOTUS MEDICO

de hoc argumento dicendi consilium non reprehendas. Cum enim ad conscribendum opusculum, coactus me viderem, hancce ad elaborandum elegi materiam, paeprimis mihi arridentem. Des veniam, qui, cum nullo alio modo gratias erga te persoluere sciam, nomen tuum hisce pagellis praescribere au-

deam. Caeterum, quantum virium mearum tenuitas  
permittebat, tantum praestare nifus sum, et si inge-  
nii tui acumen vitia quaedam animaduertat, ignoscas,  
peto tironi. Vale et faue.

CVLTORI OBSERVANTISSIMO.

---

DISQVISITIO  
QVATENVS CACOCHYLIA CAVSA  
SIT FEBRIVM.

---

S. I.

**Q**uod ex faburra in intestinis coaceruata, saepissime originem trahit, morborum agmen, peculiarem in systemate naturali classem, quoad symptomata, et curandi methodum a caeteris morbis tantopere dilatam format, ut dignum videatur, quod eius natura accuratius inuestigetur.

Iam multi reperiuntur scriptores, tam veteres, quam recentiores, qui hanc febrium ex faburra ortarum classem agnouerunt. **HIPPOCRATES** ille, pater artis medicae, colluuiem iam obseruauit. a) Néque minus **GALENVS**, de eadem multa commemorauit, quin immo secundum huius naturam in varias species febres diuisi. Deinde recentiorum praecipui **FORESTVS**, **RIVERVS**, **BALLONIVS**, b) **BAGLIVVS**, c) **HEISTER** d) aliquique hanc assumserunt. At si plurimos scriptores de his febribus, earumque curandarum methodo agentes inuestigemus: multi reperiuntur, qui hance primarum viarum faburram magni aestimant, rati, eam ad generandas, et sustentandas febres

maxi-

a) L. I. cap. 6. de nat. morbi.

b) Oper. L. II. epid. p. 78.

c) Oper. p. 51.

d) Comp. med. pract. p. 83.

B

maximum adferre, quique quoad curandi methodum, eo nituntur, vt, vbi iam minimum colluviae signum suspicentur, semper et emeticorum et purgantium ope illam eliminare studeant.

Februm itaque gastricarum classem nimis extendunt, multosque morbos, ab hac alienos, huic annumerant. Alii contra colluviem vitiosam vel parui ducunt, vel proflus negligunt. Credunt faburram ad gignendas alendasque febres nil conferre, et, contemnentes remedia euacuantia, confugunt ad alias methodos, remedii antiphlogisticis, vel antisepticis, vel excitantibus vtentes. Igitur februm gastricarum classis restringitur, quin immo omnis deletur.

Quamquam, qui in cacoxyliam nimis intendant, omnemque curandi methodum in hac extricanda absoluere studeant, ei que nimiam efficaciam tribuant, vituperare audeo: tamen perfusum mihi habeo, magnam, quibus corpus fatigatur, morborum, cum chronicorum, tum imprimis acutorum copiam, a cacoxylia profici sci. Neque enim nostra soluim vitae ratio, primas vias in omnibus fere tantopere debilitauit, vt minimum malum, si corpus vexet, exemplo vim suam, in istas exferere queat, sed immensa etiam humorum abundantia, quae semper tam in intestinis fecernit, tam in eadem effunditur, et variae, varios humores formantes particulae, quae vel in organis eorum secretoris, vel iam in intestinis afferuatae, leuissimis causis corrumpi possunt: haec omnia, inquam, ad gignendos morbos, in primis febres permultum conferre credo. Quanta enim non obseruatur humorum copia, quos perpetuo vasa exhalantia exsudant, et glandulae intestinales fecernunt; quanta non est saliuae semper deglutiae et succi pancreatici, a glandula peculiari parati; quantum non affluxus variorum ciborum, et potuum; quanta non bilis effusio, quam ductus choledochus in duodenum vehit; quanta non aeris abundantia; nonne haec succorum tam diuersissimorum, quam intestina semper continent, massa facile vitari et corrumpi possit? Cum itaque hac in materia tractanda multa adhuc ambiguia relista, neque casus, quatenus colluvies, plus minusue februm

brium particeps sit, bene distincti sint: propositum mihi erit et indagare et demonstrare, *quatenus colluvies primarum viarum fibrum causa materialis appareat*; cumque dicturo de hac primum omnium mihi incumbat quaedam praemittere, partim ut accuratius differere, partim ut dein breuius exponere me queam: meum primum erit, non quaedam solum, quae causam omnino ipsam, eiusque definitionem spectent, quasi aliud agendo praeferre, ut, quae ad veram causae materialis notionem pertineant, accurate comprehendam; sed de colluvie etiam ipsa, eiusque natura quaedam praedicere.

## §. 2.

Verbo *causae* omne id subiicimus, quo fit, ut aliud quidquam producatur; ergo quidquid morbum gignit, huius causa habeatur, eiusdemque rationem in se contineat oportet. e)

Omnes vero haec causae omnino diuiduntur

1) in materialem, ortam ex plurium remotarum concursu, vitiumque tam fluidorum, quam solidorum complectentem, quae tantam in corpus vim exferit, ut per suas vires, hac posita, morbus gignatur, idemque, demta illa, dirimatur.

2) In formalem seu praedisponentem, eam corporis conditionem indicantem, qua fit, ut causa materialis haec illae symptomata elicere valeat. f) Quae quidem latet tum in viribus corporis, tum in loco, quem occupat, eiusdemque vario statu.

3) In sufficientem, ex binis praecedentibus coniunctis originem trahentem.

## §. 3.

Humor alienus et morbosus, qui primis viis inheret, et chylificationem depravat, colluvies primarum viarum, seu *cacochylia* nuncupatur. Cuius sub nomine complectimur, quidquid

B 2

in

e) SELLE rudim. pyretol. method. Berol. 1786. p. 33.

f) SELLE l. c. p. 37.

in ventriculo et intestinis asseruatum, a statu naturali abhorret, ibidem corruptitur, noxamque corpori inducit; siue primario in intestinis progenita sit, siue ex toto corpore illuc deposita et coaceruata. g) Neque vero eadem semper natura reperitur, sed ex variis infimi ventris particulis conflata, secundum quas varia nomina accipere solet. Componitur subinde

1) ex cruditatibus cibisque relictis, neque propter virium digestioni inferuentium imbecillitatem subiectis, sed ibidem corruptis

2) ex bile in ductibus suis et cystide fellea congesta, praembris in duodenum et ventriculum effusa

3) ex vitiatis humoribus gastricis et entericis.

4) ex accumulata et depravata pituitae copia

5) ex vermbus

6) ex acrimoniis in sanguine vel retentis, vel retrupulis, et in tractum intestinalis depositis.

7) Ex miasmate quolibet absorpto, deglutito, ventriculi et intestinalis parietibus inhaerente.

8) Ex pure ibidem accumulato, paucis, quidquid praeter naturale in tubo intestinali occurrat, et ad morbum infringendum euacuantia vel per superiora, vel per inferiora flagitet, iure nonen cacochyliae prae se fert. Cui quidem propter varias, quas complectitur, particulas, variumque, quomodo se habet, statum, diuersum nomen tribuum, et colluiciem biliosam appellamus, praesente sola bile, pituitosam, praesente maiori muci copia. Quae quidem utraque subinde commixta appetit, unde nomen bilioso-pituitosae accipit. Si vermes irritent, colluicies nomen obtinet verminosae, si pus accumulatum, dicitur purulenta. Subinde in putredinem abre potest, unde putridae nomen sibi vindicat.

#### §. 4.

g) BVRSERII instit. med. pract. T. I. p. 442.

## §. 4.

Neque, cum breuius infra differere potuero, huius colluvie diagnosin, aetiologiam, et curandi methodum proferre, inutile futurum credo. Neque minus easdem scire cuiquam conductet, partim ad distinguendas facilius febres gastricas, partim ad recte iudicandum de speciebus diversis earumque complicatiobibus. Ut itaque varias colluvies, biliosa fiscilicet, pituitosam, biliosa-pituitosam et verminosam recte agnoscamus, et distinguamus, ad haec signa praecipue attendentum nobis est.

1) Sapor praeternaturalis, qui in colluvie magis pituitosa pituitosam et insipidam *h)* habet indolem, in colluvie biliosa, magis amaram *i)*, in coluvie vero putrida putridam. Quem quidem quo molestiore aeger fert, eo mobilior colluvies appetet.

2) Indoles linguae impura, *k)* in colluvie bilioso-pituitosa muco flavo praecipue ad radicem, in colluvie pituitosa muco tenaci albido obductae *l)*. Bile sola in tractu intestinorum effusa, lingua pura obseruatur, et tantummodo in lateribus stris spumaceis obliterata *m)*. Quo siccior est lingua, quo firmius sordes linguae se adglutinant, eo firmior colluvies intestinorum parietibus inhaeret; quo humidiorem vero illam deprehendimus eo mobilior etiam colluviem *n)*.

3) Anorexia in febribus gastricis praeprimis obseruanda.

4) Nausea, propensio ad vomitum et vera vomitio biliosa aut pituitosa. *o)* Quam quidem naufragium, eo magis aegrotum vexantem videmus, quo mobilior colluvies occurrit.

B 3

5)

*h)* VOGEL Handb. T. I. p. 335. SELLE I. c. p. 216.

*i)* SELLE pyretol. p. 216.

*k)* VOGEL I. c. T. I. p. 317.

*l)* SELLE I. c. p. 217. SARCOME *Geschichte der Krankheiten in Neapel* T. II. p. 126. 127.

*m)* SELLE I. c. p. 216.

*n)* SELLE I. c. p. 220. SARCOME I. c. p. 150. 170.

*o)* SELLE I. c. p. 220.

- 5) Sitis praeternaturalis, minor praesente collunie pituitosa, vehementior, praesente biliosa, et saepe ubi collunies ad putredinem se vergit, infatiabilis *p*)
- 6) Os foetidum, praesente collunie putrida vel verminosa.
- 7) Anxietas, inquietudo, vertigo, et respiratio molesta. *q*)
- 8) Sensatio ponderis, et ardor in regione praecordiorum, *r*) distensio et pulsus regionis ventriculi.
- 9) Propensio ad diarrhoeas et borborygmi et tormenta, signum colluniei turgescentis ad inferiora.
- 10) Praeternaturalis faecum odor *s*)
- 11) Turbida crassa vrina *t*)
- 12) Meteorismus *u*)
- 13) Cephalalgia, praesente collunie biliosa, vehementissima. *x*)

## §. 5.

Multae omnino concurrunt causae procatarracticae, quae coniunctae subinde cum proëgumenis colluniem generare possunt. Hoc modo

- i*) generatur collunies biliosa, praesertim si aegrotantis corpus ad cholericam dispositionem se vergat.
- a*) Ex humida et calida aeris constitutione, praecipue si quis tum caloris, tum frigoris alternationem subeat. Vnde sub finem aestatis, adulto autumno et humida vel calida hyeme rarius

*p*) VOGEL l. c. p. 369.

*q*) VOGEL l. c. p. 316.

*r*) VOGEL l. c. p. 318.

*s*) HEISTER comp. p. 90.

*t*) HEISTER L. c. p. 91.

*u*) TISSOT diff. de febre bil. Lausan, in opusc. med. a BALDIN-GERO edit. T. I. p. 10.

*x*) STOLL rat. med. T. I. p. 34.

rius in frigore acerbo vel in sicca aestate eam explicatam observamus.

b) Ex vitiis diaetae in primis abusu acrium, pinguium, et calefacientium alimentorum *y*), vel diaeta animali, si homines ex regno vegetabili alimenta sumere nequeant. Vnde putat Ill. GRANT *z*), colluuiem biliosam hanc ob causam Londini praecepit gigni, quoniam incolae cibis ex carne praeparatis et btyro copiosissime vivuntur.

c) Ex vehementioribus corporis commotionibus, praecepit si calorem frigus subitaneum excipiat.

d) Ex animi pathematis, ira, cura, moerore, quae in primis sistema biliferum conquassant *a*).

e) Ex excretionibus naturalibus retentis, praecepit ubi humores sunt acres.

f) Ex contagis, quae salvia commixta et deglutita non bitem solum in duodenum effusam, sed et sistema biliferum ipsa adoruntur *b*.

2) Colluvies pituitosa explicatur praecepit si corpus in temperamentum phlegmaticum et melancholicum abeat.

a) Aere humido et frigido *c*).

b) Diaeta corrupta, cibis digestu difficilibus vel rei frumentariae inopia *d*).

c) Si homines corpus a commotionibus desuesciant, somno nimio indulgeant, brevi quidquid feri et lymphae copiam atque tena-

*y) STOLL* l. c. p. 32.

*z) In seinen Beobachtungen über die Natur der Fieber* p. 351.

*a) SELLE* med. clin. Berlin 1786. p. 30.

*b) SELLE* l. c.

*c) SELLE* l. c. p. 36.

*ROEDERER* tract. de morb. mucos. edit. ab Ill. WRISBERG Götting. 1783. p. 40.

*d) SARCONE* T. II. p. 10. 39. et aliis locis.

tenacitatem augere possit, idoneum est, ad colluuiem extri-  
candam.

3) Colluuiies verminosa oboritur.

- a) Ex calida humidaque aeris constitutione e).
- b) Ex mora in regionibus humiliotibus simulque humidis.
- c) Ex abusu alimentorum, quae tractum intestinorum relaxant, et colluuiie pituitofae generandae fauent.
- d) Maiori corporis quiete et omnino quidquid digestionem debilitet et muco accumulando faueat, hancce extricabit.

4) Colluuiies putrida protrahitur.

- a) Aere humido et calido, qui, solidis relaxatis, humores resoluit, et acriores facit. Praesertim nocet, si particulis putridis inquinatus corpori ingeratur f).
- b) Defectu alimentorum, vel si quis cibos ad putredinem pronos consumat.
- c) Animi pathematibus, quatenus, cum corpus concurtiant, acrimoniam euoluere, vel contagii vim in extricanda febi augere possint.
- d) Miasmate et contagio ipso, praecipue si effectus huius constitutione epidemica euectus fuerit g).

5) Colluuiies purulenta gignitur.

- a) Si in intestinis abdominis, praegressa inflammatione, reapse pus euoluatur e. g. in enteritide, gastritide.
- b) Si pus ex remoto abscessu absorptum et sanguini admixtum modo metastatico ad primas vias deponatur e. g. in phthisi purulenta, in variolis.

Quae quidem omnino adductae causae praecipuae habentur colluuiem gignentes et explicantes.

§. 6.

e) SELLE pyretol. p. 275.

f) SELLE med. clin. p. 34.

g) SELLE l. c.

## §. 6.

Ex his variis nunc recentis colluuiei speciesbus, omnino febris originem trahit, summo iure gastrica denominanda, quae vero, si colluuiei species attendas, variam indolem induat, variumque nomen accipiat oportet. Sub nomine febrium gastricarum (id quod vocabulum graecum  $\eta \gamma \alpha \sigma \eta \eta$  iam indicat, totum saepissime abdomen significans) comprehendimus tales, quae vnde ex tractu intestinorum accenduntur. Cacochylia itaque in primis viis obseruata, si certum symptomata inter et colluum nexum deprehendamus, adeo ut illa pro huius effectu credantur, febris gastricae vera *notio* exinde proficietur. Igitur omnia, quae colluum indicant, symptomata, febris gastricae praesentiam non produnt, sed huius nomen tunc febri tribuendum, si symptomata cum colluie arctissime coniuncta inter se conueniant. Si e. g. in febri variolosa inflammatoria cruditates, a quibus vero febris non pender, in primis viis inueniantur, pro causa materiali, atque excitante non considerandae sunt neque febris gastrica dicenda est. Omnino hae omnes a reliquis febribus in eo differre videntur, quod alii fluxus spontaneus et salutaris ipsas comitetur, neque sudorifera postulent, sed tantummodo euacuantia *h).*

## §. 7.

Iam si diuersas colluuiei species respicias, diuersae febres gastricae exinde originem ducunt, hoc modo diuidendae

1) in febres gastricas, absente ullo sanguinis vitio, simplices itaque complicationum expertes. Vnde

a) febris gastrica biliosa vbi bilis praeualeat.

b) Febris gastrica pituitosa i) vbi mucus, ex qua vero ytraque coniuncta, febris bilioso-pituitosa proficietur.

c) Febris verminosa vbi vermes.

d)

*h)* HEISTER l. c. p. 83.

*i)* ROEDERER l. c. p. 58.

C

- d) Febris purulenta, vbi pus depositum.
- e) Quae omnes colluvies si putredinis gradum accipiunt, febris exinde gastrica putrida nascitur, vbi vero sanguis nullo modo in putredinem abit.
- 2) In febres gastricas, praesente vlo sanguinis vitio.
- a) Febris gastrica inflammatoria, cum diathesi sanguinis phlogistica, vti febris biliose inflammatoria k). Febris pituitosof inflammatoria l) febris verminosa inflammatoria m).
- b) Febris gastrica putrida cum diathesi sanguinis putrida; vti febris biliose putrida n), febris verminosa putrida o).
- 3) In febres gastricas, praesente vitio neruorum, vnde febris gastrica neruosa.

## §. 8.

Iam cum quaestione propositam accuratius perscrutaturi, ad scopum proprius aggrediamur, omnium primum constituentem est, quot dentur casus, cacochylia veram febrium causam materialem arguentes, quique sigillatim nunc recensendi, atque demonstrandi sunt. Hi esse videntur,

- 1) Cacochylia saepe rationem febris in se vnicet cum dispositione continet.
- 2) Cacochylia subinde vt effectus alterius febris secundario febrem excitat.
- 3) Cacochylia cum alia causa coniuncta ad febrem gigendum concurrat.

## §. 9.

*Casus I. Cacochylia coniuncta cum corporis dispositione saepe rationem febris in se vnicet, adeo ut hac praesente morbus oboritur, hac vero demta ille extinguitur.*

Dantur

k) SELLE rudim. pyretol. p. 229.

l) SELLE l. c. p. 269.

m) van den Bosch hist. constit. verm. p. 189, 196.

n) SELLE l. c. p. 252.

o) van den Bosch l. c. p. 30.

Dantur febres, vbi suetis signis moniti, colluuiei vitiosae primarum viarum praesentiam, ineunte ipsa febri, perspicimus, quam quidem statim obsernatam febris non progenuit, quaeque vera causa materialis habenda, cum, absente villa alia causa, febris, hac euacuata, euanescat. Sic saepe febris bilioso putrida ex bile in primis viis putrescente oboritur, vbi illico, inchoante febri, vera corruptae colluviae signa obseruantur, quae quidem vera causa materialis appetit p). Sic in febri erysipelas statim colluviae biliosae primarum viarum praesentiam deprehendimus. Sic in dysenteria cum febri bilioso putrida, incipiente morbo, faburram ore amaro et vomitu bilioso q). Et haec sunt febres, re vera gastricae dictae, quas vocant aliis mesentericas r) alii stomachicas vel intestinales s), nomen cum febrium natura maxime congruum, quasque Ill. SYDENHAMUS in tractatu de nouae febribus ingressu t) egregie adumbrauit.

§. 10.

Cum hancce cacochyliam unicam causam, febrem excitantem, habendam esse contendere audeam; vereor, ne quis obiciat, homines subinde reperiri, quorum intestina colluviae quidem referta obseruentur, nec tamen a febri correpti sint, id quod accidat oportet, si hanc pro illius effectu habeas; verum respondeo: plura ad excitandam febrem requiri, neque causam materiale sufficere, absente formalis u), sed multa pendere, cum a corporis viribus habituque, tum a loco, cui colluvies inhaeret, et, qua agit, efficacia. Quamquam e.g. materia va-  
riolosa, regnante praecipue constitutione epidemica, plerumque

C 2

multa

p) TISSOT de febr. bil. l. c. T. I. p. 5.

q) ZIMMERMANN von der Ruhr unter dem Volke Zürich 1767. p. 23.

r) BAGLIVI opera LVGDVNENSIS 1745. 4: in prax. med. L. I. p. 51. — BVRCHARDVS in diss. de febr. mesent.

s) HEISTERI l. c. p. 85.

t) Eiusd. opera Lugd. Batav. 1761. 4. p 509.

u) SELLE rudim. p. 35.

multa corpora petit: tamen huius effectum in omnibus non perspicimus, neque variolas erumpere videmus, id quod a causa praedisponente pendere videtur, quam, cum alia epidemia prae-  
gressa iam extinxerit, corpus eadem vel prossus caret, vel,  
quod variolae nondum vexarunt, idem hoc potissimum tempore  
non pronum ad suscipiendum contagium obseruatur, neque  
materiam in se agere finit. Sic vna eademque materia varios  
morbos gignere potest. Bilis e. g. in altero febres producit, in  
altero haemorrhagias, in altero eryspelas. Sic cholera, licet  
tanta bilis copia euacuetur, quanta ad excitandos motus febri-  
les fatis requiratur, tamen subinde nullum febris vestigium in-  
dicat; unde appetet, causam materialem ad gignendum morbum  
non solam posci, sed multum quoque in formali ponendum esse.

*Etiam in aliis morbis variolae et febribus non solum  
causam, sed etiam causam materialem habent.*

Ut itaque demonstrem, hancce cacochyliam veram causam  
febrium gastricarum materialem habendam esse, haec ad defen-  
dendam sententiam argumenta adducam.

Iam prodromi, priusquam febris erumpat, collunie  
praesentiam eiusque efficaciam nuntiantur. Antequam, quanta  
vis ad excitandam febrem requiratur, tanta in corpus agat:  
eandem tamen sistema nervosum iam petere nitentem obserua-  
mus. Aegroti per aliquot dies de pondere et rigiditate mem-  
brorum conqueruntur  $\alpha$ ), sentiunt genua ponderosa et tensio-  
nes in humeris dolorificas, dolores in capite praecipue in parte  
posteriori vehementes, frequentesque horripilations. Somnus  
est inquietus, imaginibus interceptus, lingua sensim sensimque  
cum muco albido flavo obtutitur  $y$ ), os fit foetens, color faciei  
fanus, corporis integratem indicans in pallido viridem muta-  
tur  $z$ ), animus fractus iners occurrit. Aegroti spernunt volupta-  
tes, et tristitia, moerori, atque iracundiae nimis indulgent,  
cibos contemnunt, quin immo auersantur, et sentiunt plena

$\alpha$ ) BVRSERIVS l. c. T. I. p. 445.

$y$ ) TISSOT l. c. p. 5.

$z$ ) STOLL aphor. 348.

et compressa praecordia. Quo vehementius nunc stimulat colluies, quo acrior sit, quo copiosior, eo fortiora crescunt symptomata. Aegrotos ad vomendum pronus, crescentem cephalalgiam, ingruentem horripilationem, et subito febrim prorsus eruptam obseruamus.

2) Causae procatarcticae (§. 5.) magna vi in corpus agentes, sententiam meam roborare videntur. Sic aer calidus humidusque solida relaxare, eorumque reactionem in fluida immunuere potest, quo sit, ut acrimonia euoluta ad primas vias deponatur, et colluuiem formet. Sic vitia diaetae vires digestioni necessarias imbecilles reddunt. Sic animi pathemata tantopere corpus concutunt, ut se- et excretiones perturbentur, liquorumque profusiones e. g. bilis in duodenum producantur. Sic retentum transpirabile, ut notum est, ad primas vias se confert, ibidemque, cum ad putredinem ruat, colluuiem gignit, subiunde putridam. Sic contagia cibis et sanguis ventriculo inducuntur, quae liquores gastricos corrumpunt. a) Sic purgantia tempore inopportuno propinata irritandis intestinis tantum humorum affluxum carent, ut colluies exinde proficiatur. Sic vulnera capitis et commotiones cerebri bilem in duodenum effundunt, qua quidem ratione colluuiet biliola gignitur.

3) Crises, vomitus nempe, aliique fluxus spontanei. Cum natura noxa a corpore remouere semper molietur, illam hoc in morbo paeprimis laboriosam comprehendimus. Scilicet colluuium corpori tantopere infestam aegre ferre videtur, adeo ut intestina hoc aduerfario eximere studeat. Cetero itaque, tum per superiora tum per inferiora, quippe quae vtraque via ad sufficiendum incoepit, tantummodo datur, evacuationes spontaneas, ad eliminandam fæburram. Quem quidem naturae nutum si obtemperemus, eamque, ubi corporis vires deficiant, adiuuemus: prosperi effectus docebunt, naturam rectam nobis viam indicasse. Contra si aliam curandi methodum prosecuti, nutum illum contemnamus neque nifum vomendi in usum segrotantium conuertamus, si diarrhoeas spontaneas supprimamus.

C 3 mus  
a) SELLE rudim. p. 222.

mus, morbus magis auctus periculosa reddit symptomata. Vnde III. BVRSERIUS egregie monuit b) suppressis diarrhoeis, aegrotantium rem in peius verti, cum cacoelyia stagnatione magis corrupta, in sanguinem abeat, aliaque viscera nobiliora petat. Sic Cl. v. SWIETEN monet c): corruptam bilem in morbis acutis diarrhoeas excitare et d) initio febris acutae vomitum subinde obseruari e), quia acrior vel copiofer bilis ventriculum irritat. Saburra sibi ipsa relicta, dicit III. HEISTER f) sponte e corpore expellitur, morbusque immunitur. Febris pituitosa sanatur subinde solis naturae viribus vomitu spontaneo crebroque, et diarrhoeis g).

4) Typus febris remittens. Quaecunque febris continua continens, nullas habet tum exacerbationum tum remissionum vicissitudines, sed in una serie ad finem usque corpus vexat. Hic, cum diathesis phlogistica sanguinem condenser, vel putrida resoluat, illum semper in statu praeternaturali obseruamus. Desunt in his plerumque colluviae signa h), et si qua occurrat, nullo modo cum febri cohaeret, sed ab eadem progenita est. Causa itaque materialis harum febrium, sanguini vitiatu inhaerere videtur i). Ast cum typum remittentem in febri gastrica, id est claram remissionem et exacerbationem inuicem alternantem, absque vitio sanguinis et praesente colluvie primarum viarum obseruemus, qui, simulac sanguis, neglecta colluvie et in illum transueta, perturbetur, in continentem abit; sanguine contra purgato ad remittentem reddit: causa materialis in fagine non latet, sed in alio loco; cumque nullam aliam causam suspicemur, quam colluviem primarum viarum, a qua

pendere

b) L. c. T. I. p. 454.

c) Comment. T. II. p. 381.

d) L. c. p. 264.

e) ZIMMERMANN l. c. p. 23.

f) L. c. p. 93.

g) STOLL aphor. 382. ROEDERER l. c. p. 81. 82.

h) SELLE pyretol. p. 91.

i) L. c. p. 93.

pendere febris possit, nonne concludere liceat, eam causam materialē apparere, nonne typus remittens cacozyliae effectum monstrat? Experientia quoque docet, febrim eo citius in remittentem abire, quo magis a colluuiis primarum viarum pendet *k*). Febris putrida sanguinea tamdiu typum continentem seruat, donec colluuiis quaedam ad primas vias deponatur, tunc typus mutatus remittentem induit *l*).

*s*) Curandi methodus tententiae meae veritatem euincit. Medici remotiorum saeculorum ceteroquin alio modo materiam omnes febres acutas excitantem expellere solebant, et praecipue diaphoreticis vtebantur. Quorum autem usus docuit, curationem hac ratione, si in ventriculo vel intestinis materia peccans haereat, haud feliciter succedere, sed multa et grauissima mala post se trahere, petechias aphthasque gignere et colluuiem in secundas vias transuehere. Cum vero multas febres acutas ita tractare inciperent, vt, vbi colluuiem obseruabant irritantem, euacuantia adhiberent, summa cum voluptate animaduuerterunt, hanc curandi methodum prospere succedere, neque tantam, quantam antea petechiarum aphtuarum miliariumque copiam obseruarent. Iam HIPPOCRATES *m*) et BAGLIVVS *n*) contenterunt, febres biliosas cholerae ope dicuti, vnde aperte elucescit, naturam vias indicare velle, per quas faburra sit euacuanda. Quas si perseguimur, si, cacozylia emeto catharsi euacuata, symptoma febrisque tanquam illius effectus euaneant, illa pro vera causa materiali stare, febrisque hoc pacto orta videtur, quod colluuios irritandis nervis meleiacis motus febribus gignat. Id quod re vera experientia confirmat. Nam et resoluientia et emetica et purgantia *o*) fumum adferunt emolumenatum, aegrotus magnam materiei viridis copiam summo

cum

*k*) PRINGLE observ. on the diseases of the army Lond. 1765. p. 169.

*l*) SELLE l.c. p. 92.

*m*) Coac. prae*n*. §. 120.

*n*) L. c. p. 56. 57.

*o*) STOLL rat. med. T. II. p. 107. 108.

cum leuamine euomit, et sedibus eandem foetidissimam efficit. Qua quidem paullatim eliminata symptomata cessant, caput fit liberum, angor in praecordiis euanescit, lingua appareat pura, appetitus redit, et breuis, purgato tractu intestinorum, aegrotus reconualescit. Quae quidem dicta ut probem, innumera exempla allegare possum, sed pauca iam sufficere credo. Sic narrat III. v. SWIETEN, quando febris gastrica vehementissime corpus petit, tamen, dato vno emeticu, aegrotos magnum levamen sentire, febrimque valde infraictam decursum mitem absque molestis symptomatis absoluere *p*). Subinde docet CL. STOLL, febrim, dato vno emeticu, nouos grauesque impetus fecisse, nisi post emeticum exemplo purgans porrexit, ut fordes, emesos ope profundius in tractum intestinorum propulsae, omnes euacuerentur *q*). Id, quod verum dat argumentum, quod cacoelylia, licet magna virium suarum parte orbata, tamen relicta in corpus agere molitur. Sic contendit III. SELLE, *r*) febrim dato vno emeticu subinde infringi. Sic expertus est III. ZIMMERMANN *s*) euacuantia in dysenteria biliosa multum profuisse, dolores valde mitigasse, et magnam cacoelyliam euacuasse. Sic febris biliosa, quae tam vehemens agere caepit, ut febris continentis speciem mentita sit, tamen intermittentis induit, dummodo morbus emeto catharsi bene tractetur, cum febris paullatim in remitteat tandemque in intermittentem abierit *t*). Neque viri tanta auctoritate ornati, incassum euacuantia commendatur essent, nisi satis illis constaret, ea sumnum emolumentum allatura esse. Sic suadet SELLE purgantia in febri bilioso putrida *u*), dicens, sub omni febris conditione euacuantibus esse incipiendum. Quae quidem emetica, cum unum non sufficeret, ad expellendam faburram, et sedanda symptoma

*p*) Comment. II. p. 265.

*q*) STOLL rat. med. T. I. p. 9.

*r*) Pyretol. p. 224.

*s*) Von der Ruler p. 80. seq. p. 391.

*t*) RAYMOND diss. de febr. interm, autumn. §. 5. 8.

*u*) Pyretol. p. 254.

mata in repetitis dosibus in eadem febri Cl. TISSOT praescripsit *x*). Sic laudat immortalis BOERHAAVE emetica *y*). Sic RIVERIUS *z*), LUDWIG *a*), HEISTER *b*), euacuantia per os et aluum. Neque minus viri sunt magna auctoritate, qui in febribus gastricis complicatis euacuantia suadeant. Nam cum in hisce febribus omnino et febris et complicatio ab ista colluuiie mutata subinde pendeant, dum, hac scilicet aucta, illae augentur, hac de crescente, illae de crescant, in eam eliminandam iis praeprimis respiciendum esse recte credunt. Sic, quam alia remedia discutere non valebant, ophthalmitis, saepe dato vno purgante sufflaminatur *c*). Sic pleurides et peripneumoniae ex colluuiie primarum viarum originem ducentes purgantium ope tantummodo solvuntur *d*). Quos quidem morbos omnino, et fructus emeto catharseos, colluuiie vitiosae vim infringentes, multis locis immortalis STOLL egregie adumbrauit. Sic in pleuride, datis euacuantibus, dolor lateris euanebat *e*). Sic peripneumonia cum sputo cruento statim fuetis remedii discutiebatur *f*). Sic febris erysipelatosa euacuantibus extinguitur *g*). Sic rheumatismus biliosus, pituitosus,

*x*) De febr. Laufan. p. 27.

*y*) Aphor. 1244.

*z*) Instit. L. 5. p. 1. cap. 4. p. 151.

*a*) Instit. therap. gen. §. 1541. 1542.

*b*) L. c. p. 95.

*c*) HVXHAM oper. T. I. p. 341.  
STOLL rat. med. T. II. p. 101.

*d*) BAGLIV opera p. 708.

TISSOT avis au peuple T. I. p. 313.

STOLL rat. med. T. I. passim T. II. p. 106. 107. seq.

*e*) STOLL l. c. T. II. p. 108.

*f*) STOLL l. c. p. 110.

*g*) SYDENHAM opera Lugd. Batav. p. 279.

sus, verminosus euacuantibus tollitur *h*). Dato emetico, narrat STOLL, euaniisse dolorem rheumatismi biliosi, mox vero rediisse, et propinato rursus euacuante, cessisse *i*). Et haec exempla, quae tam copiosissime in praxi clinica occurunt, sufficient, ita ut plura adducere superuacaneum arbitrer.

Vtut vero haec primarum viarum colluuiies irritandis neruis meseraicis in corpus agere possit; motusque febres excitet, ita praecipue, si augeatur, et ipsa in sanguinem abeat, febrim multo acerbiorum reddit. Id praerimis accidere solet, neglecta cacochyliae euacuatione. Nam si diaeta vitiata, vel animi pathemata cacochyliam adaugeant, eiusque acri et putredini faueant, si ope vasorum lacteorum venarumque meseraicarum resorbeatur, quoniam natura nimis inefficax, se praebet, neque diarrhoeas vomitusque saluberrimos excitat, si denique vel praua curandi methodo, diaphoreticis, calefacientibus, aliumque adstringentibus remedii, in sanguinem transvehatur: crasis eiusdem destruit, partemque illius in fese commutat, quo fit, ut et haec augeatur, et febris, quoniam colluuiies nunc efficacius in sistema vasorum agere potest, nimis excitetur. Vnde impuritatum affluxus ad intestina sustentatur, astus, inquietudo, et aegroti debilitas quotidie crescit, lingua crusta atra siccaque obducitur, fitis est insatiabilis, respiratio anxia, molestaque, humores resoluti in putredinem abeunt, et inflammations internae hepatides enteritides etc. ex nimio colluuii acore obortae, accenduntur. Idecirco apud aegrotos, qui per aliquantum temporis curationem distulerunt, vehementiorem obseruamus febrim, breuiores remissiones, longioresque exacerbationes. Vnde febris biliosa intermitens, neglecta colluuiie, in remittentem, quin immo in continentem se vertit *k*). Contra si ad emendandam extricandamque colluuiem multum

*h*) STOLL l.c. T. I. p. 21. T. II. p. 25.

SELLA pyretol. p. 241.

MUSGRAVE de arthrit. sympt. c. 12. §. 8.

*i*) STOLL l.c. T. II. p. 125, seq.

*k*) PRINGLE l.c. p. 170.

multum temporis impendamus, si remedia propinemus, quae, cum affluxum humorum ad intestina promoueant, absorptam cacozyliam ad eadem deponunt, et hancce sensim sensimque leniter euacuant *l)*: omnia grauissima symptomata paullatim euanescent. Magna Cacozyliae copia imminuitur, aestus febrilis infringitur, aegrotus fit quietus, lingua crustam amittit, sitis extinguitur, et liberiorem spiritum trahunt aegroti, adeo ut breui sanitas restituatur. Nonne quilibet facile comprehendant, cacozyliae effectum scilicet febrim, ab ea ipsa pendere, illamque, demta hac, extingui? Quemcunque credo verum, causam inter et effectum, nuxem intellecturum *m)*.

## §. 12.

*Casus II. Cacozylia subinde ut effectus alterius febris secundario febrim excitat.*

Dantur scilicet febres, vbi, his incipientibus, aperta colluieci vitiosae primarum viarum signa non statim obferuantur, sed vbi, his iam per aliquantum temporis vigentibus, tunc pri-  
mum apparent. Quae quidem febres habentur sanguineae, in decursu naturam suam quoddammodo relinquentes, et in dolore gastricarum induentes, queaque licet primum non oriuntur a primarum viarum colluicie, neque symptomata ab hac pendeant; tamen in decursu faburrans ostendant, et symptomata ex hac primarum viarum profecta. Hic curatio semper dupli-  
modo instituenda est, et antigastrica cum alia contra febrim primariam agente, connectenda. Et haec apparent febres, quae bilem generare dicuntur, de quibus contendit Ill. PRINGLE, eas parare colluiciem, expressis verbis ita monens: the bile seems to be more the effect, than the cause; *n)* quod idem testatur Ill. QVARIN *o)* HOEMANN aliique. Et colluicies, cum praeterlapso quodam tempore primum occurrat, reapse hoc

D 2

in

*l)* STOLL rat. med. T. I. p. 45.

*m)* STOLL rat. med. T. I. p. 39.

*n)* L. c. p. 187.

*o)* In meth. med. febr. p. 40.

in casu febris praecedentis effectus consideranda est, orta ex corporis perturbationibus, quas febris praegressa paravit, quaeque dein in corpus agit. Egregie itaque moner PRINGLE p): "though the bile be not the first cause, yet from its redundant dance and depravation, owing perhaps to the fever, it frequently becomes a secondary cause of irritation." Quam quidem in decursu harum febrium sanguinearum dupli modo progenitam deprehendimus, partim ex vitiis in diaeta commissis, profectam, partim ex materia quadam e sanguine modo metastatico ad intestina deposita, originem ducentem. Quem quidem utrumque casum ut videamus qua ratione extricetur, figillatim hunc adducturus demonstrabo.

## §. 13.

i) Cacochylia in decursu febrium per vitia diaetae parari potest.

In quacunque febri, organa digestioni inferuientia, eiusque vires plus minusue debilitas deprehendimus. Aegroti refutant omnes cibos, spernunt tenuissima, nisi sitis vexet, iuscula, et quidquid delibant, aegre ferunt, quoniam alimenta nunquam prorsus digeruntur, sed in intestinis commorata vario modo vellicant. Qua quidem ratione iam cacochylia parari potest. Sunt vero aegroti, qui, quas diaietetica praescribit, leges contemnunt, hasque negligentes, promiscue omnia, etiam digestu difficillima comedant, audiique praecipue carnem et iuscula exinde parata expetant, rati, se vires amissas hisce refecturos. Ast caro, eiusque iuscula non pro se solum nocent, quippe quae noxia corpora et intestinis propter debilitas vires molesta, multa incommoda parent, sed etiam propter corruptionem et putredinem, in quam celerrime ruunt, succos gastricos depravent, unde subito cacochylia oboritur, tanta vi corpus appetens, ut febris praecedens priorem characterem vel prorsus amittat, gastricanique indolem accipiat, vel saltem, turbata in prioribus conaminibus natura, ad eam propius accedat.

Si

p) L. c. p. 187.

Si quis e. g. febri inflammatoria simplici, omnis colluuiei experte laboret, et in huius decursu diaetae vitium committat, carnemque comedat, certe post aliquantum temporis cacochylia oborietur. Nam cum in hoc corporis statu, vires dixerentes nimis debilitatae appareant, caro in intestinis relicta nocebit, partim quoniam hocce alimentum, corporis statui nunc non adaptatum molestiam adfert, partim quoniam propter auctum calorem et humores ad putredinem magis pronus ipsum facillime resolutum in eandem abit, succos gastricos corrumpit, et cum his corpus irritat, nouamque febribus gastricam excitat. Vnde fit, ut synochus impetrus, vitiis in diaeta commissis, in febribus gastricam vel faltem gastrico - inflammatoriam conuerti queat. Sic in febri variolosa, aegrotum haud multum vexante, ubi nullam febribus alentem faburram deprehendimus, in decursu, si quid aegrotus in diaeta offendat, cacochylia nasci potest, quae febribus hancce antea mitem adauget, acerbiorem reddit, et in gastricam commutat. Id, quod, si aegrotus dieteticas leges male seruet in omnibus febribus exanthematicis accidere solet.

#### §. 14.

2) Cacochylia in decursu febrium ex materia quadam e sanguine modo metastatico ad primas vias deposita parari potest.

Vtut omnes febres sanguineae plerumque per vasa sanguinaria, larga narium haemorrhagia, per cutim forti sudore, per renes vrina turbida copiosa cum sedimento largo, per glandulas saliuales sputis etc. discutiantur: ita etiam ad intestina materia morbosua, subinde cum horrore q) deponi potest, vnde exitus harum febrium salutaris sequitur, febris continens infringitur, et characterem gastricam induit. Quae quidem materia critica plerumque acris indolis est, et propter hanc acrimoniam facile corpus irritat, febrisque gastricam gignit. Ast non semper materia potissimum critica postulatur, sed etiam quidquid in decursu febrium continentium, in sanguine retinatur,

D 3

neatur,

q) SELLE rudim. p. 91.



neatur, et cum nullum aliud colatorium hocce transire sinat, ad intestina se conferat, ad colluuiem gignendam aptum deprehenditur. Quin immo febris ipsa tum per auctum calorem, tum per acceleratum humorum circuitum succos corrumpere, nouasque impuritates biliosae et alias indolis parare potest <sup>r)</sup>, adeo ut hanc depositam et peccantem materiam re vera ex febri ortam obseruemus.

Sic in decursu febris inflammatoriae simplicis materia quae-dam ad primas vias deponitur, quae a priori febri pendens <sup>s)</sup>, secundario nunc agit, aliquam febrim accedit. Nam cum, inchoante hac febri, nulla sordium signa occurrant <sup>t)</sup> quoniam lingua appetit pura et rubra, os siccum neque foetens <sup>u)</sup>, sa-por naturalis nec appetitus omnis prostratus, cumque typum continentem experiamur: causa materialis sanguini inhaerere videtur, quam etiam reapse in sanguine deprauato a statu na-turali aberrante obseruamus. Simul vero febris omnia fere colatoria occludit, adeo ut neque per cutim, neque per renes, materia ad excernendum apta euehi possit. Quae quidem particulae noxiae, in sanguine retentae ibidem stagnant, cor et systema vasorum irritant, febrimque adaugent. Natura ita-que, obturatis aliis viis, hanc materiam ad primas vias deponit, vnde cacoxyliam denique deprehendimus. Quae quidem si intestinis immoretur, et acrior fiat, febrim accedere gastricam, et typum prioris continentem in remittentem mutare potest. Colluuiies itaque vitiosa, non causa febris primaria agit, sed coefficiens, tanta vi praedita, quanta ad febrim vel excitandam, vel in suam mutandam requiratur. Hic contra medicus caueat, ne decipiatur, et, licet veram febrim inflammatoriam simplicem agnouerit; tamen, methodo antiphlogistica neglecta, antigastricam instituat, sed operam det, vt vtramque coniungat.

Neque

<sup>r)</sup> VOGEL I. c. T. I. p. 320.

<sup>s)</sup> VOGEL I. c. p. 301.

<sup>t)</sup> SELLE I. c. p. 91.

<sup>u)</sup> SELLE med. clin. p. 20.

Neque minus in decursu febris putridae sanguineae, quando per pulmones ope vesicularum pulmonalium, vel per nares, vel cutim contagium corpori ingestum est, colluuius in primis viis extricari potest, e secundis deposita *x*). Quae quidem putridae iam indolis esse videtur, partim, quoniam ex particulis, quas miasma aggressum, sanguineis congesta est, partim quod forsan aliqua miasmatis ipsius pars ad intestina se contulerit; quae saltem cum inflammationem intestinorum cieat iam acrimoniam adauictam prodit *y*). Idcirco, cum febri putrida gastrica, haec putrida sanguinea non confundenda est, propterea quod, illa ineunte, statim signa sordium, hac vero incipiente, nulla obseruemus.

Interdum humor biliformis in sanguine abundat *z*), et neque ad hepar neque ad intestina deponitur. Qui quidem, quamdiu variis colatoriis eliminatur, nullam noxam adfert; simulac vero retineatur *a*) statim febris accenditur, cuius ope inimicum expellere natura nititur. Cuius primum stadium cacochylia orbatum deprehendimus *b*), in decursu vero, si coctionis stadium initium faciat, cacochylia occurrit, orta ex particulis, modo metastatico ad ventriculum, et intestina depositis *c*), et pro vero liquore excrementio habenda.

Sic subinde humores cum ingenti pituitae, constitutione aeris frigida et humida, infana diaeta, sordidoque vitae regimine euolutae, copia obruuntur, adeo ut et in primis et secundis viis illam obseruemus, accendentem febrim pituitosam, ab Ill. SARCOME tam egregie adumbratam. Ast colluuius, cum ab initio vitia sanguinis, et mucus in humoribus circulanti-

*x*) QVARIN meth. med. febr. p. 40.

*y*) VOGEL l. c. T. I. p. 379.

*z*) STOLL aph. 340.

*a*) STOLL aph. 341.

*b*) VOGEL l. c. p. 329.

*c*) STOLL aph. 346.

lantibus accumulatus deprehendatur *d*), haud proprie, praegressis diaetae vitiis, in primis viis euoluta, sed iam a primo ex sanguine ad primas vias deposita videtur *e*), licet negari non possit, vicia diaetae multum conferre ad gignendam in tractu intestinorum pituitam.

Sic in febribus gastricis ipsis subinde modo metastatico cacoelyria ad primas vias deponitur. Nam si, neglectae colluviae antea excitantis febrem, cum nullo sanguinis vitio coniunctam, magna pars absorbeatur, sanguinique ingeratur, natura operam dat, ut has noxias particulas in pristinum locum reducat. Vnde, purgatis iam intestinis, nouam cacoelyriam natam, et priorem faepe sustentatam videmus, tantummodo eo ortam, quod modo metastatico, particulae absorptae in intestina deponantur. Vnde accedit, ut, si remediis euacuantibus intestina satis purgata credamus, tamen noua exoriatur, prior modo euacuanda.

Hac vero ratione etiam in morbis exanthematicis, variolis, morbillis, in febri scarlatina, vrticata, etc. inter horum decursum cacoelyria gigni potest, quae certe a febri ipsa pendet. Sic in decursu variolarum modo metastatico, pars contagii variolosi ad primas vias se conferre, ibique vellicando, humorum adfluxum et cacoelyriam gignere potest *f*). Vel pus, in sanguine accumulatum, ad primas vias deponitur, vnde colluvies purulenta oboritur. Sic in febri phthisica, ubi ex vlcere absorptum pus, irritando febrem accedit, sic in febribus nervosis interdum colluvies ad primas vias deponitur, et omnino, cum in quacunque febri humores circulant circumpantur, cacoelyria exinde originem ducere potest.

§. 15.

*d*) SARCOME I. c. T. II. p. 155.

*e*) SELLE pyretol. p. 267.

SARCOME I. c. p. 151. 152.

*f*) VOGEL I. c. T. III. p. 80.

## §. 15.

*Casus III. Cacochylia cum alia causa febrili ad febrim giguendam concurrit.*

Dantur subinde febres, vbi colluvies quamuis praesens animaduertatur, tamen non causa materialis apparere videtur, obseruata altera, se febris causam esse materialem, nobis persuadente. Quem quidem calum in morbis praecipue contagiosis obseruare nobis licet. Vnde accidere solet, vt nonnulli has perperam tractent, in utraque a recta via secedentes. Nam alii nimium colluviae expellendae studium adhibent, febrim statim gastricam ducentes, alii hanc negligentes ad aliam materiam motus febribles excitantem animum intendunt. Quamquam duplex colluviae status occurrere videtur, vbi complicatio, cocochylia inter et alteram causam excitantem difficultates et errores nobis exhibet, adeo vt suspensi consilium capere nequeamus, in quam nempe causam primum nobis agendum sit: tamen si illum accurate distinguis, spero, fore, qui raro in hunc errorem incidas. Status duplex hic est: vel cacochylia per se generata cum alia causa coniuncta est, vel vti effectus alterius causae cum hac iunctim febrim excitat.

## §. 16.

i) Cacochylia per se generata, cumque alia causa coniuncta febrim accedit.

Dico per se generatam, quando nulli causae febrili pрагressae obnoxia est, neque pro effectu vel febris instantis vel alterius causae febrim excitantis habetur; quae tamen in posterrum quodammodo in corpus agendo, febrim vel accendere vel faltum alere potest.

Scilicet sunt cruditates ex corruptis et indigestis alimentis obortae, quas plerumque in quacunque febri obseruamus, quasque cum multi ab impuritatibus, causis obscuris internisque coaceruatis, male distinguant: febrim dominantem gastricam habent, quae reapse non est. Quamquam primum nullius

E faepe

saepe sunt momenti, nec ullum magnum imperium exercent, neque, his expulsis, febris infringitur: tamen cum febris erupta humores gastricos simul corrumpat, cum his coniuncti, mox colluuiem congerere possunt, calore febrii aucto, et digestionis viribus perturbatis, in dies crescentem. Mox itaque, quae colluuiem arguant, signa obseruabimus, anorexiā, sensationē praecordiorum dolorificam, fastidium, linguam inpuram etc. Num vero febris gastrica tunc dicenda sit? quod, quādū nempe huius particeps non est collutus, negare audeo. Quae contra, si in corpus vim exsorere incipiat, si febribus acerbiorem redditam obseruemus: hanc gastricis annumerare velim. Licet itaque omnino in quacunque febri in cruditates nobis agendum sit, et impediendum, quo minus irritando febribus adaugeant: tamen unica causa habenda non est, altera, quam simul compescere debemus, obseruata. Quamquam multum certe euacuātia praestabunt, symptomata tamen cum cacochylia non tam arcte iuncta apparent, ut, demita illa, febris evanescat, et temere malam curandi methodum fecutus es, si, primis viis purgatis, euacuātia propinare perges ad supprimendam febribus adhuc durantem, neque a cacochylia proficentem. Si quis e.g. fauicietur, febribus inflammatoriae indolis vulnus gignit. Ast hoc potissimum tempore, vbi aegrotus vulnus accipiebat, ventriculus cibis impletus esse potest. Quamquam quidem vulnus illud febribus excitat inflammatoriam, tamen propter perturbatas et debilitatas digestionis vires, statim cruditates nascuntur, quae si intestinis immorentur, systema neruosum aggredientes febribus inflammatoriae indolem in gastricas mutant. Vel si cui per infestationem materia variolosa infinuantur, cruditates e relicis cibis, quando febris erumpit, oriri, et in corpus simul agere, febrimque gastricae naturae ascendere possunt. Ast non semper cibi reliqui, cacochyliam constituant, febribus in gastricas mutant, sed et mucus et bilis, et omnino quidquid iam corruptum in intestinis asseruantur, et causa febrilis iam reperit, in corpus agere potest. Hoc modo copiam impuritatum biliosarum et pituitosarum materia variolosa inuenire potest, quibuscum iunctum agit,

agit, et febrim evolut g). Sic in puerperis materies lactea ex mammis ad intestina deponi potest, vnde febris puerperarum originem trahit h). Quae quidem materia lactea, cum iam cacochyliam per grauiditatis tempus paullatim congestam reperit cum hac coniuncta, accedit febrim puerparum, complicatam scilicet gastricam.

§. 17.

2) Cacochylia per aliam causam febrilem generata, et cum hac coniuncta febrim excitat.

Datur itaque duplex causa, tum primaria, quae et febrem sui generis et cacochyliam simul parat, tum secundaria, quae a primaria pendet, cacochylia ipsa. Quae quidem cum coefficiens causa eodem modo in corpus agat, febrim ex primaria ortam turbare, eamque in gastricam mutare nititur. Subinde itaque accedit, vt tiro, cum causam primariam omissat, febres, praesente statim colluvie, meras gastricas habeat, quae, licet initio has mentiantur, tamen merae gastricae reapse non sunt, sed tantummodo eatenus, quatenus cacochylia cum causa primaria iunctim agat. Vnde vero haec permutatio? Profici si ex eo videtur, quod tiro non attendat, qua ratione causa primaria in corpus vim exferat, et colluviem accumulet. Cum quamcunque tanta vi praeditum, vt febrim accendat, causam in omnes etiam humores agere, eorumque fortiori se- et excretioni fauere; eosque corrumpere posse credo: haec colluviem prorsus a se ipsa pendentem parare pollet, eamque dupli ratione, dum partim vel humores gastricos ipsa petere, atque corrumpere, vel ipsa ad organon secretorium se conferre, ibidem irritare, et promouendo fortiori succorum affluxu cerebriorem se- et excretionem excitare; partim dum, etiam si in alio loco residat, tamen per nervos in organa secretoria agere videatur.

E 2.

Quod

g) VOGEL l. c. T. III. p. 32.

h) SELLE pyretol. p. 283.

Quod vero cacochylia ab alia causa, febrim simul excitante, pendeat, et cum hac coniuncta febrim accendat: praecepit in morbis contagiosis deprehendimus. Interdum scilicet, contagium humores gastricos ipsum petere atque corrumpere videtur. Sic Cl. SCHREIDER *i)* expressis verbis monet: bilis esse illum liquorem, cui character pestilens omnium profundissime imprimatur; adeo ut reapse bilis a contagio depravari possit. Scilicet subinde per cibos atque saliuam, in quam praecepit se insinuat, miasma et ventriculo et duodeno ingeritur. Qualis febris fuit a Cl. TISSOT adumbrata *k)*. Hic bilis et liquores gastricos offendit, quibus corruptis statim colluuiem parat. Sic si corpus materia variolosa inficiatur, multum huius per saliuam corpori ingeritur; unde cacochylia originem dicit.

Sic miasma quocunque putridum hac ratione colluuiem gignere potest. Vtut vero contagia praefentes et iam secretos intestinorum humores corruptant, ita etiam ad organa secretoria se conferre, ibidem irritare, et promouendo fortiori succorum affluxu crebriorem secretionem excitare valent. Sic quocunque contagium per saliuam ventriculo inuectum ductibus biliosis inhaerere, ibique vellicando maiori bilis excretioni fauere potest *l)*; unde fit, vt, corpore febri contagiosa correpto, vomitus nonnunquam biliosus deprehendatur, propterea quod bilis affluxus ab irritante contagio producatur *m)*. Sic contagium variolosum per infectionem naturalem corpori ingestum dolores in regione epigastrica ciet *n)*, nauseamque et vomitus biliosos producit, ortos tantummodo ex irritante materia variolosa. Qui quidem, absorpta hac,

et

*i)* In tract. de peste p. 16.

*k)* In tract. de febr. Lauson.

*l)* VOGEL l. c. T. II. p. 58.

*m)* WINTRINGHAM comment. nosolog. p. 300.

*n)* BVRSERIUS l. c. T. II. p. 166.

et in sanguinem transuecta, cum irritamentum cesseret, evanescent. Sic materia morbillosa ciet diarrhoeas biliosas salutares o). Neque minus transpiratione suppressa, materia perspirabilis retenta, ad intestina confertur, vbi irritando maiorem humorum adfluxum et copiosorem liquorum gastrorum et muci secretionem ciet, et dysenteriam format. Si ductus biliferos minus vellicat, dysenteria mera simplex catarrhalis deprehenditur. Quibus vero valde irritatis, cum maior bilis copia tam fecernatur, quam in intestina profundatur, characterem biliosum induit morbus. Et hic cum materia perspirabilis retenta vi sua febrem iam excitare possit, cacochylia etiam ab alia causa febrili pendet. Sic in febri puerarum, cum metastasis lactea ad intestina deposita irritet, inflammationem gignat, p) et simul in omnes vicinas partes vim exsere videatur, affluxumque humorum et cacochyliam paret: nouam cacochyliam elicere potest. Ait causa febrilis etiam si in loco ab intestinis longe remotissimo residet: tamen ope nervorum, consensum inter locum affectum et intestina neccentium, in organa secretoria agere, et colluuiem accumulare potest. Si quis e. g. graui capitis vulnera affligatur, hoc ipsum praeparatus in systema biliferum vim exsere, et biliosas in duodenum effusiones videmus. Formatur itaque colluies, prorsus ab alia causa febrili pendens, quae iunctim febrem excitant complicatam, nempe bilioso-inflammatoriam. Sic febris variolosa biliosae indolem accipere potest. Quamdiu contagium variolosum, si infestationem variolarum institueris, nondum sanguini commixtum est, aegrotus febri destitutus obseruatur; simulac vero sanguinem inuadat, illumque vi assimilandi in suum mutare studeat, febris sui generis oboritur, variolosa iure vocanda. Si corporis habitus ea indole appetret, vt partes haud valde irritabiles deprehendantur, neque in adductum irritamentum violenter agant, nec corpus ad effusiones biliosas propensum: lenem tantummodo febrem

E 3 animad-

o) VOGEL l. c. T. III. p. 195.

p) SELLE med. clin. p. 544.

animaduertimus, tam mitem subinde, ut animum intente obseruantem effugiat. Corpus vero, si maiori irritabilitate gaudeat, si incitamentum aegre ferat, et extrudere nitatur; si sistema biliosum ad effusiones propensum: colluies in primis viis mox formatur, quae irritando febrim gignit, a prima variolosa symptomatibus deflectentem, naturamque biliofam arguentem. Hic itaque febris variolosa suam reliquise et biliofam indolem suscepisse videtur.

THESES.

---

## THESES.

### I.

*Continentem febrium typum purgantium contraindicans esse  
contendo.*

### II.

*Grauidis magis conuenire videntur euacuantia quam venae-  
flectio.*

### III.

*Febrim puerarum in systemate naturali proprium sibi  
locum vindicare posse credo.*

### IV.

*In exanthematicis morbis non tam ad exanthemata, quam  
ad febrim respicere debet medicus practicus.*

### V.

*Dysenterias epidemicas ex materia rheumatica originem  
irahere contendo.*

### VI.

*In perficienda humorum secretione, et vasorum lymphatico-  
rum et singularis quedam fluentium particularum inter se se ad-  
tractio haud exiguae partes sibi vindicare videtur.*

### VII.

*Vasa placentae et vteri inter se anastomosin non habent.*

---

2324 H T

III  
Von dem alten und neuen Testamente  
und der heiligen Schrift geschrieben  
in lateinischer Sprache

IV  
Von den heiligen Aposteln und  
christlichen Vätern geschrieben

V  
Von den heiligen Vätern und Heiligen  
der Kirche geschrieben

VI  
Von den heiligen Vätern und Heiligen  
der Kirche geschrieben

VII  
Von den heiligen Vätern und Heiligen  
der Kirche geschrieben

VIII  
Von den heiligen Vätern und Heiligen  
der Kirche geschrieben

IX  
Von den heiligen Vätern und Heiligen  
der Kirche geschrieben

X  
Von den heiligen Vätern und Heiligen  
der Kirche geschrieben







DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

SISTENS DISQVISITIONEM

QVATENVS CACOCHYLIA  
CAVSA SIT FEBRIVM

QVAM

CONSENTIENTE INCLYTO MEDICORVM ORDINE

PRO

GRADV DOCTORIS

MEDICINAE ET CHIRVRGIAE

RITE OBTINENDO

PUBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE

SVBIICIET

AVCTOR

ADOLPHVS FRIDERICVS HEMPEL

STRELIZIO - MEGAPOLITANVS.

DIE XXIV. OCTOBRIS MDCCCLXXXIX.

GOTTINGAE

TYPIS JO. CHRIST. DIETERICH.

